

5 lii possint in eadem causa dumtaxat indicere ge-  
neralem congregacionem, quando eis videbitur,  
quodque auctoritate sacri concilii decernatur ci-  
tacio per edictum ad dandum domino Vlrico et  
per eundem recipiendum apostolos, concluden-  
10 dum in huiusmodi causa et ferendum sententiam  
diffinitivam in ipsa congregacione generali ut pre-  
mittitur indicenda, supplendum eciam in eadem  
causa omnes defectus, si qui in ipso processu in-  
tervenerint . . . Instantibus promotoribus decre-  
15 ta est citacio per edictum in causa Treuerensi et  
fuit assignatus terminus per dominum cardina-  
lem legatum domino Nycolao de Cusa ad diem  
crastinam ad recipiendum apostolos etc., conclu-  
dendum et sententiam ferendum. Magister Nyc-  
20 laus de Cusa produxit mandatum sufficiens, ut  
asserbat, nomine domini Vlrici, petens copiam  
omnium productorum per partem adversam et  
terminum sibi assignari ad dicendum contra, pe-  
tens instrumentum etc. De quaquidem requisiti-  
25 cione protestatus est dominus officialis Basiliensis<sup>2)</sup> nomine promotorio etc.

30

35

Demum magister Nicolaus produxit mandatum  
sufficiens et petivit, ut illi xx<iiii><sup>or</sup> per ipsum  
prius nominati<sup>1)</sup> constituerentur in iudices, atten-  
to quod pars adversa dixisset, quod nullum in hac  
causa in concilio existentem haberet suspectum.  
Statim promotor magister Henricus de Wen-  
heim<sup>2)</sup> iuxta conclusionem sacre congregacionis  
peciit decerni citacionem per edictum contra  
dominum Vlricum et eciam contra dominum  
Nicolaum presentem et huiusmodi petitionem  
audientem. Ex tunc dominus legatus citavit  
magistrum Nicolaum et dec<re>vit citacionem  
per edictum contra dominum Vlricum ad crasti-  
nam diem sabbati eadem hora ad recipiendum  
apostolos, videndum suppleri defectus, conclu-  
dendum et diffinitivam sententiam ferri audien-  
dum. Quibus peractis magister N. de Cusa pre-  
missis non consensit, sed peciit sibi decerni  
copias productorum per partem adversam et  
assignari diem ad dicendum contra. Quo facto  
dominus promotor de ipsa petitione, postquam  
appellacioni sue renunciasset videbatur, peciit  
instrumentum. *Zur Vesperstunde schlägt der Cursor  
Vogel eine durch Edikt angeordnete Zitation gegen  
Ulrich an der Domtür an.*

2 xii<sup>clm</sup>: duodecim R 5-6 generalem congregacionem: congregacionem generalem R 9  
recipiendum: recipiendam R concludendum: concludendi R 14 Nicolaus: N. Nicolaus *Ott.*  
15 sufficiens: facto *Ott.* 17 Nycolao de Cusa: N. de Cusera P 19-20 Nycolaus de Cusa:  
Nicolaus de Cusera P.

<sup>1)</sup> Wohl aufgrund von Nr. 221 Z. 9. Korrigiere im übrigen Meuthen, Trierer Schisma 216 mit Anm. 159,  
wo von der Emendation xx<sup>or</sup> zu iiiii<sup>or</sup> ausgegangen wurde.

<sup>2)</sup> Heinrich von Beinheim.

<zu 1434 Mai 14>, Basel.

Nr. 224

Bericht bei Johannes de Segovia, Gesta Synodi Basiliensis. *NvK als Prokurator Ulrichs.*

*Reinschrift: E f. 187<sup>v</sup>; B f. 171<sup>v</sup> (zu den Hss. s. o. Nr. 103 Anm. 1).*

*Druck: MC II 628.*

*Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 216.*

*Die Generalkongregation beschließt:* citari partem ad concedendum apostolos et audiendum sententiam supplendosque fore per concilium, si qui in processu intervenissent defectus. Nicolaus vero de Cusa presentato tunc mandato Vlrici peciit copiam productorum et terminum ad contradicendum; qui tunc fuit citatus, dixitque primo non presentasse mandatum sperans per concilium decerni reite-  
5 randos esse terminos, quodque non haberet penes se iura, sed misisset ad partes pro eis.